

152. Jovis est effigies laureata, dextro vultu, barbatus.
Subter collum legitur. ROMA.

In altera.

Victorem Memmium, tunica picta, palmataq; toga
insignem, biga inuectum sinistrorsum, una habenas
regentem, altera sceptrum tenentem, aduolans Victo-
ria laureo donat ferto. Sub equorum unguulis
prioribus. E. infra. 2. NEMMI. GAL. Nummus
hic argenteus mihi visus est Roma apud d. Achille
Maphaem.

In una parte.

153. Cephalicon muliebre videtur tutulatum, laeo obtutu,
torque aureo ornatum, tunicatumq; retro ceruice
est pilei forma. Ob os. MENSOR.

In altera.

Biga prateriens Circensi auriga, galeatus, speculum
laeva tenens, dextra porrecta ab humo togatum,
in currum accipere secum nititur. rapitur autem
sinistrorsum. infra. XC. 2. FAB. SVL. Nummum
hunc argenteum domi meae habeo.

In una parte.

154. Junonis Sospita imago est, eadem, qua saepius à me
delineata est, forma: vultu laeo. ab ceruice e. s. c.

In altera.

Juno Sospita caprinam habens pellem capite, telum
dextra forti euibrans, laeva clypeum habenasq;
tenens equorum, biga sinistrorsum celeriter rapta-
tur. Sup equis serpens crepit. infra. P. NOCILLI. P.
Nummum hunc argenteum vidi Roma apud d.
Antonium Augustinum.

In una.